



17

0086

Sammelband

Cd

242





59

Q. B. V. D.  
DE  
**PERVIGILIO  
PASCHATOS  
ANASTASIMOU,**

Von der

**Oster-Siecht,**

INCLYTO PHILOSOPHORUM SENATU  
SUFFRAGANTE,

PRÆSIDE

**M. MICHAEL Ehrenfried Krausen,**  
NEOST. MISN.

**IN IPSO SABBATO MAGNO**

PUBLICE DISPUTABIT

**TOAIAS STARCKE, LAUBA-LUS.**

PHIL. ATQUE THEOL. STUDIOSUS.

---

RECUSA LIPSIAE,  
LITERIS JOHANNIS GOTTLIEBII BAUCHII.

PERVAGATIO  
PASCHATOS  
ANASTASIMON

MIHICHLI GEMINIS  
IN LISO SARATOMAGNO  
TOMVS STYLICVS  
THEATRVS THEATRVS STUDIORVM  
LITERARVM PRACTICARVM  
RECENTIA TERRA  
URBIS



Ulm noctis Paschalis solennia ex sacra histo-  
riae monumentis tradere aggredior, paucis,  
quid verba, quibus praesentem circumscripti  
tractationem, sibi velint, attingendum est,  
non quod mori recepto obsequi praeclarum  
existimen, sed quod ipsa argumenti ratio  
distinctiorem vocum indaginem omnino  
principiat. PERVIGILII itaque nomen ad nocturna potissimum  
sacra trahitur, quibus operari gentes coeca religione consueverant.  
Sic Veneris pervigilium haud incelebre est, quod ab auctore dubio  
in literas relatum Lippius recensuit, 1) & collectis opusculis, que  
Baudii amores inscriptis, Scriverius 2) inseruit; ut de Cereris per-  
vigilio ex Meurso 5) & de nocturnis Solis sacris ex Philostrato  
4) de Sabaziis ex Oppiano 5) & de Minerva ante lucanis sacrifici-  
eis ex Themistio 6) hic nihil commemorem. Quando vero ad  
rem Christianorum sacram hoc traducitur vocabulum, haud secus  
ac cognatum Vigiliae nomen ad laxiorem significatum deflectitur,  
prater nocturnum cultum antegressum una diem connotans, pro-  
ut Marcus 7) aique Du Fresne 8) observarunt. Paschatos vocem  
quod attinet, circa eam stupenda Bocharti 9) Druſi, 10) Dieterici,  
11) Goodyrini 12) atque Reitzii 13) industria adeo rem o-  
mnem exhaustit, ut in messe tam sollicita ne spicilegio quidem  
locus relicetus videatur. Illud tamen hic maxime attendi mere-  
tur, duplícis Paschatos celebrationem jam olim Christianis fuisse  
solennem; alterum erat ταυρώιον, cuius sub auspiciis Christus  
in crucem actus est; alterum vocant ἀναστάσιον, quod Servatoris  
ad vivos redeuntis memoriam pie recolit. 14) Quemadmodum  
vero plerisque diurnis feriis noctis partem non exiguum primo-  
rum Christianorum ardentissima pietas jungebat; ita quoque per  
magnam hebdomada, quæ ταυρώιον Paschati sacra erat, quoti-  
dianæ sunt actæ vigiliae, ipsæ quoque Paschales Passim nuncupatae

De his Epiphantii imprimis illustria sunt hæc loca : *Ἐν τῇ τάῖς ἡμέραις τῇ πάσχᾳ, ὅτε παρῆμον κακείας, ἀγνείας, πανοπάθειας, Ἐγερθεὶα, ἐνχαὶ ἀγρυπνίᾳ.* In diebus, inquit, Paschatos apud nos humi cubare solent, castitatem servant, siccis vescuntur, precantur atque VIGILANT. 15) Et alibi : *Τὰς εἰς ἡμέρας τῇ πάσχᾳ ἐν Ἐγερθεὶᾳ διατελεῖσι πάντες οἱ λαοὶ, ἀγρυπνίας δὲ διατελεῖσι τὰς εἰς.* 16) Per sex dies Paschatos omnes populi in siccorum esu perseverant, & per sex dies VIGILIAS agunt. Sed hæc cum aliis per vigiliis communes rationes & ritus habuisse videntur; *mea vero opera in solenni illa atque singulari per noctatione describenda occupabitur, quam ante Pascha Christi Resurrectioni devotum, ob causas, ut credebat, pregnantes antiquissima celebrarunt Secula.*

1) lib. I, cap. 5. Eleæt. 2) prodiit Lugd. Batav. 1638. 3) in singulari libro de Eleusiniis pasim 4) lib. III. cap. X. 5) in Halicet. lib. I. vers. 25. 6) Orat. XIII. Et scriptum Minerve pervigilium in litteris MS. Conr. Rittershusii ad Putschium ut inciduum laudatur vid. Eabrig. Biblioth. lat. in Indice 7) in Hierolexico sub V. vigilie. 8) In glossario Latinit. fol. 1330. 9) Part. I. Hieroz. lib. 2. c. 50. p. 555. 10) in Comment. priori ad Voc. N. T. sub voce Pascha 11) Antiquit. Biblic. ad Exod. 23. 14. 15. 16. 12) Moses & Aaron lib. III. c. 4. 13) in not. adeund. loc. 14) vid. Vossum in Gloss. seu de Virtutis Sermonis c. VI. p. 28. 15) lib. III. Tom. I. baref. 75. fol. 808. 16) lib. III. Tom. II. contr. barefes fol. 262.

§. II. Quamvis autem priscis Christianis haud insolens fuerit, dum fervente persecutionum æstu ipsis luminis radiis velut aqua & igne interdicebantur, ad nocturnos convenire secessus, qui deinceps ferme omnes, exsplendescente majori temporum Serenitate, in quandam abierunt magnificentiam; inter omnes tamen potissimum hæc annua pervigilatio caput extulit, quam nihil ardentius nihilque splendidius unquam celebratum fuit. Cujus rei probatione defunctus videbor, si vel sola nomina, quibus mirum in modum pasim extollitur, breviter adduxero. Sic Eusebius eam τὴν μεγάλην τὴν πάσχα διωκτέρευσιν, 1) & τὴς μεγάλης ἑορτῆς πανυπόδας 2) nuncupat. Nec est, cur quis existimet, parum dignitatis atque excellentiæ ex tali elogio huic solennitati acce-

5

accedere; eo quod omnes magnæ hebdomadis feriæ atque vigiliæ recentioribus Græcis magnæ dicuntur, prout Allatii 3) atque Thomæ Schmiedii 4) testimonia confirmant; morem enim hunc loquendi posterior atas titulorum prodigia invexit, quæ ab antiqua verborum simplicitate immane quantum recessit. Idem Episcopus Cæsariensis eam τὴν ἵεραν καὶ μυστικὴν, vocat. 5) Gregorio Nazianzeno 6) λαμπρὰν νῦν λύγος ἡ σύντονος τῆς ἀμαρτίας, alterique Gregorio 7) Nyssæ in Cappadocia confinio sacrorum præsuli, η̄ κυριακή nominatur, eadem procul dubio ratione, ob quam dies resurrectione Servatoris ficeri κυριακή dici consuevit. Porro Zenon Veronens. 8) atque Gaudentius 9) splendidissimam, Ennodius 10) atque Rupertus 11) Abbas Tuitiensis suspiciendam atque sacratissimam eam depraedicant. Et quis tandem omnium encomiorum seriem pertexeret, quibus passim supra communem feriarum sortem longe evehit?

1) lib. VI. Histor. Ecclesiast. c. g. 2) de eotamen Heinrici Valesii in Eusebium notas vid. p. 35. b. 3) de Dominic. & Hebdomad. Græcor. p. 144b. 4) in Epist. de Ecclesiæ Græca moderno statu p. 31. 5) lib. IV. de Vita Conf. M. c. XXII. 6) Oration. XIX. p. 304. 7) Orat. II. resurrect. Christi Tom. III. p. 400. 8) in serm. I ad Neophytos Tom. II. Bibl. PP. Paris. fol. 119b. 9) tractatu in Pascha V. Bibl. Paris. Tom. II. fol. 244. 10) in Opusculis p. 455. & p. 459; edit. Sirmond. 11) lib. VI. de sacris officiis cap. XI.

§. III. Genuinas autem hujus solennitatis origines dum investigo, illas adeo incertas & obscuras esse, observo, ut, quicquid testimoniorum ex tertii quartique seculi scriptoribus afferatur magis tamen, rem iam consuetudine confirmatam, quam tum deum inchoatam fuisse, inde evincatur. Ad summam quidem verisimilitudinem accedit, noctem Redemptoris Triumpho anniversariam primis statim seculis in singulari pretio esse habitam, & cum dura lege, quam ipsis necessitas scribebat, antelucanis sacris operari compellerentur Christiani, quis non conjiceret, vel hac imprimis nocte illos frequentes confluxisse, noctisque caliginem incensarum Lampadum splendore superasse? Ne vero in re historica

rica solis conjecturis indulgere videar, veterum scriptorum munificere satagam auctoritate, solennia et seculo minimum secundo orta ad subsequentia tempora constanti usu fuisse transmissa. Omnimus vero testimoniorum, qua reperire licuit, antiquissimum est illud, quod ex Narcisi Constantino. Antifititis miraculo petitur & ab Eusebio his verbis narratur: Forte IN MAGNA PASCHATOS VIGILIA (κατὰ τὴν μεγάλην τὴν πάσχα διανυτέπερν οἱεντοι Μηνίστρις deerat. Qua de causa cum universus populus gravissimo morore esset perculsus, Narcissum ferunt mandasse iis, quibus cura erat lucernas accendere, ut aquam ex propinquo baustam putoe ad se deferrarent. Quod ubi dicto citius impletum est oratione super aquam facta iussisse dicitur, sincera in Christum fide, ut eam lucernis infundarent; quo itidem peracto, ajunt, aquam contra morem naturae sive mirabili quadam atque divina virtute in olei pinguedinem esse conservam, ex coque oleo apud plurimos fratres exiguum quoddam specimen ad memoriam tanti miraculi diuinissime ad nostra usque tempora servatum fuisse. 1) Daniel Papebrochius 2) Vir doctissimus in singulari coque eruditio tractatu, quo Patriarchas Constantin. ordine chronologio dispositus, quemque neglecta Georgii Syncelli manca rectione, hic sequendum judico mortem hujus Narcisi Patriarchæ trigesimi ad annum CCXIV. retulit; ut adeo, circa secundo tertii seculi confinia floruisse videatur. Quocunque vero loco apud sagaciores ipsa hujus miraculi fides habeatur; sub fabulis tamen haud raro veri latent semina, neque ab Eusebio sine falsi nota dimissum fuisset, si magnam hanc vigiliam recentioris ævi fœtum existimasset. Sed ad alia tertii seculi documenta accedamus. Celebris est Terrulliani locus, quo uxori ad secundas nuptias cum marito infideli transire hunc in modum dissuadet: *Quis (Gentilium)* inquit, *sinat conjugem suam visitandorum fratribus gratia uicatim & quidem pauperiora queque tuguria circuire?* *Quis nocturnis convocationibus, si ita oportuerit, a latere suo eximi libenter feret?* *Quis denique solemnis Pasche ab noctantem securus subsinebit?* 3) Cui comitem ire jubeo similem Cypriani locum. Omnes fere inter Pascha pri-

prima solennia apud se cum fratribus demorantur. 4) Equidem in prioris Loci expositione non ad unum collimant eruditorum suffragia. *Johannes Faes*, 5) *Stadensum* olim nunc *Bremensum antistes*, eum de intermissa conjugum consuetudine accipit; Sed ægre facit verborum simplicitati, sibique ipsi non constat, dum inferius paulo eundem locum ad nocturnos Paschatos exitus trahit. *Doctissimus Aurelianensis Praefusus Gabriel Allappinus* & in observationibus suis, 6) & in annotationibus ad h. l. 7) de omnibus hebdomadis magna vigiliis interpretatur, quas quandoque Paschales diei, supra annotatum fuit. Sed nec defunt Eruditi, qui cum *Beato Rhenano*, 8) *Jacobo Pammelio* 9) & *Gerardo Johanne Vossio* 10) nostrorum pervigilium hic innui, autumant, quorum veriori judicio nec illubens subscribo. Apud Græcos enim, fateor, ea invaluit consuetudo, ut hebdoma ab extremo die, qui ipsis semper est dominicus, nomen sortiatur, docente *Henrico Valeso* 11) *Allatio* 12) atque *Beveregio* 13) Latinis tamen iste dicendi modus non perinde frequentatur, ipsisque vocabulo Paschæ illimitate posito ἀναστομον magis quam σαυρόστιμον innuitur. Celebraverant igitur hactenus Christiani festam hanc noctem in suis coetibus sine omnipompa; Ast reddita Ecclesiae tranquillitate, ea luce fuit irradiata, ut superiori tempore auroram præluxisse duntaxat, nunc plenam diem successisse dixeris. *Constantinus Magnus* post congregatum Concilium Nicenum & vicennalia illa, quæ A. Christi CCCXXV. celebrata sunt, in suo Palatio, in quo Ἐκκλησίας θεοφάνεια quandam velut Ecclesiam Dei constituerat, noctem hanc non tantum devote transigebat & θεασις ιεροφαντίας εσλέπο, pontificis atque hierophantæ munere functus; sed & in publicum dimanabat egregia pietatis & magnificentia regia significatio. Sic enim porro *Eusebius*: Την δε ιεραν διανοτέρουσιν, μετέβαλλεν, εἰς ἡμεριὰ φόρτα καρδιανούσιν φύλασσάτος καθ' ὅλης τῆς πόλεως ἐξαπότων, τῶν ἐπὶ τόπῳ τεταγμένων. λαμπάδες δὲ ήσαν πορείας πάντας φορίσσονται τόπου ὡς λαμπτήρας ἡμέρας τηλαυγεσέραν τὴν.

M 151

μεντικὴν διανυκτέρευσιν ἀποτελεῖθαι. Scilicet juss erat Luminibus,  
 quæ magnis in civitatibus jam olim noctu accendi solebant, jungi  
 plures, et eae, qui columnis per urbis compita dispositis magno  
 numero affigebantur, eum ferme in modum, quo hodie ignes per  
 artem pyrobolicam artificiose confici solent. Cereis lampades  
 accecerunt, ex quarum multiplicatione effectum est, ut noctis hu-  
 just tenebrae in diurnum splendorem conversæ fuerint. 14) Imo i-  
 dem Auctor, qui Constanti nūm a pietate præcipue commendan-  
 dum sibi sumerat, alibi repetit; Ἡδη δὲ μεγάλη τῇ πάσχᾳ ἐοῖν  
 παρόντι ἐν ἡ ὁ βασιλεὺς τῷ θεῷ τὰς ἐνχάς αποδίδει συνδιευξέρευσε  
 τοῖς ἀλλοις, Aderat jam, inquit, magna Paschalis festi solemnitas, in-  
 qua Imperator vota Deo persolvens una cum ceteris per noctem avit 15)  
 Hujus Exempli tanta ubique fuit efficacia, ut haut impari pompa  
 aliis quoque in locis lucidissimo die lucidior haec nox reddere-  
 tur, gloriante ea re publice Gregorio Mazianzeno: τὸ ἄγιον πά-  
 σχα καὶ πορθώντος ἡ βασιλισσατῶν ἡμέραν ἡμέρα καὶ ἡ λαμπρὰ  
 νῦν λύστα τὸ σκότος τῆς ἀμαρτίας, καθ' ἣν ἡμέραν ὅπο τὸ πλούσιον Φασὶ<sup>16)</sup>  
 τὴν σωτηρίαν μῶν αὐτῶν ἐργάζομεν. Sanctum ē celebre Pascha,  
 dies dierum regina & splendida illa nox peccati tenebras solvens, in  
 qua nos cum magna luminis copia salutis nostra festum celebramus.  
 16) Hinc Epiphanius, ut seculi sui solennem morem describit:  
 Ἐν τοις τῷ ποιητῇ τὴν πέμπτην ἀγρυπνεῖσιν ἐμφάνισεσσιν εἰς τὸ  
 προτάβατον καὶ τὴν εὐρισκόν μένας. Quibusdam in locis ea solum  
 nocte, que quintam feriam sequitur & in sextam desinit, atque in ea  
 que dominicam antecedit, per vigilant. 17) Haec puto, Græcæ Ec-  
 clesiæ conseruudini declaranda sufficient: Sed nec minori religi-  
 one in Latina passim observabatur. Hieronymi ætate summæ di-  
 gnationis inter Larinos fuit haec vigilia, uti vel ex litibus, quæ ipsi  
 cum Vigilantio agitata fuerunt, satis perspici potest. Erat hic  
 gente Gallus, & Barcinonensis Ecclesiæ, quæ in Hispania est, Pres-  
 byter, qui sui quasi nominis hostis omnes vigilias, imprimis eas,  
 quæ ad Martyrum sepulchra agebantur, proscriptas cupiebat, ex-  
 ceptis illis solis, in quibus jam mea occupatur oratio. Contra  
 hunc

hunc acerbius insurgit Stridonensis Doctor, inter alia sic ratiocinatus: Quod si eas (de pernoctationibus in Martyrum basilicis loquitur) existimas respuendas, ne sape videamur pascha celebrare & non solennes post annum exercere vigilias E. & die dominico non sunt Christo offerenda sacrificia, ne resurrectionis Christi crebro Pascha celebremus. 18.) Huc quoque integer Prudentii hymnus pertinet, qui ad incensum lucernæ inscribitur, ubi inter alia amoenissimus ille canit:

*Nos festis trabimus per pia gaudia*

*Noctem concilia, votaque prospera*

*Certatum vigili congerimus prece*

*Exstructoque agimus liba sacrario. 19)*

Neque plane hic prætereundi sunt versus illi Rhopalici, qui nomine Aufonii Burdegallensis circumferuntur. Quamvis enim a Vofio 20) atque FABRICIO 21) haud immerito votivas postulentur, prout illos etiam in elegantissima Tollii editione frustra quæras, non hictamen, cum a Jacobo Sirmondo 22) Paullino Burdegallensi vindicentur, nullo plane loco sunt habendi. Ita vero habent:

*Ad temet properant vigilatu convenientes*

*Nox lucem revebet funalibus antevehendam,*

*Nox lumen pariens credentibus indubitatum. 23)*

*Poete alium Poetam VII. Seculi haud inconcinnum Drepanium Floram adjungimus, qui noctis solennia ita depingit:*

*- - - jam carera turba colentum*

*Nigrantes tenuat vario splendore tenebras*

*Ubertat stupras, servet discordia concors,*

*Et dum Sacra pio peragantur mystica ritu,*

*Æmula fidereis vigilant fundata flammis. 24)*

*Plura loca ex Ennodio, Radulpho Ardente atque Euthymio huc trans-*  
*scriberent non vacat; hoc salitum addo: in Græca Ecclesia nec*  
*hodie hujus pervigilii celebrationem exoleuisse, uti ex Attalii verbis*  
*concluditur: Tota illa nocte, inquit, insomnes agunt, idque pris-*  
*cis etiam temporibus observatum habeo, ex Theodoro Petreorum*

Episcopo in Vita S. Theodosii Archimandritæ. Μετὰ γάρ την πανηγυρικὴν ἔτην τοῦ χριστοῦ τῷ ἀγίῳ αὐτῷ καταγέλλωντες καὶ ταῖς τοις λειτεργούσι τελεῖν ταῦτην παραλαβόμεν. Post enim per rotam noctem vigiliam, qua Christi resurrectionem annunciantes & tota nocte sacris mysteriis incumbentes eam honorare accepimus. 25.) Indicatis sic fontibus, non opus est, recentiorum scrinia excutere, conferri tamen Vossius, 26.) Sagittarius, 27) Schmidius, 28) Faes, 29.) Heineccius, 36) poterunt, qui obiter tantum, levique, ut ajunt, brachio hæc attigere.

1) Lib. VI. Histor. Eccles. c. 9. 2) confer. Prolegomena Tomo III. mensis Maij abbor. Sanct. premissa fol. 15. 3) lib. II. ad uxorem fol. 506. edit. Rhen. 4) lib. III. Epistol. XXIII. 5) de Hebdomade Magna lib. II. p. 182. 6) lib. I. Observat. p. 81. 7) ibid. p. 448. edit. Majeriana. 8) ad b. I. 9) ad b. I. 10) in Harmon-Evangelib. lib. 2 c. 14. §. 4. p. 216. 11) innot. ad Euseb. p. 108. 12) de Domin. & Hebdom. Grac. p. 1400. 13) ad Can. 52. Trullanum. 14) lib. IV. de Vita Constant. M. c. XXII. 15) ibid. c. LVII. 16) Orat. XIX. p. 304. 17) in Catbol. sidei expositione Tom. I. p. 1105. 18) Tom. II. fol. 54. conf. Baronii annot. ad Martyrol. s. Januarii lit. a. & in annal. ad ann. 24. n. 73. Macri item fratres in Hierol. fol. 659. a. 19) Hymn. V. καὶ ἡμερῶν. p. 13. 20) loc. cit. 21) in Bibl. latin pag. 586. 22) in not. ad Ennodium p. 20. 23) habetur totum Carmen in veteri Poetarum collectione, quam Speltinius procuravit, 24) pag. 230. in collectione Fabricii 25) conf. Georg. Feblavium in notis ad cap. XVIII. Christ. Angeli p. 213. 26) l. cit. 27) libro de natalitia Martyr. pag. 115. 28) in Prog. grammatic. anno 1710. Helmstadi editio. 29) de hebdom. Magn. lib. III. cap. 28. 30) in delineat. Graeca Ecclesia part. III. pag. 167.

§. IV. Ut vero vigilia hujus indolem, spirantemque in eadem Christianorum pietatem exactius intueri liceat, per partes eam jam delineandam suscipio. Precibus valde accommodatam esse noctem, ipsius Redemptoris exemplo edocti fuerant Christiani, hinc pia precum exercitia non minimam hujus nocturnæ devotionis partem sibi vendicabant. Et cum quorundam studia teperciderentur, integri Episcoporum confessus non infra suam curam esse reputarunt, hæc sua auctoritate denuo accendere. Sic in Massiconen. Concilio II. quod Anno D LXXXV. celebratum legitur, inter

II

inter primos iste quoque Canon fanciebatur : Noctem ipsam, quae  
mos superne & Luci inaccessibili reddidit, spiritualibus exigamus ex-  
cubitis, nec dormiamus in ea, quemadmodum dormitant, qui nomine  
dunt aetate Christiani noscuntur, sed oremus & vigilemus operibus fa-  
cias, ut digni habeamur in regno coheredes fieri Salvatoris 1) Cum  
vero Dionysio Areopagita η των Φαλμην ιεροδογια συνεστημένη πάσσος  
καὶ εἰς τοὺς λειτουργοὺς προσῆρποις Psalmorum sacra modulatio omni-  
tum sere mysteriorum hierarchicorum substantia quasi vocit etur,  
2) facile quoque concluditur, vel nullam vel vix ullam actam fuisse  
publice vigiliam, in qua non suavissimo hymnorum concentu se  
mutuo excitaverint. De nostra sane conceptis verbis illud testa-  
tar Gregorius Nyssenus 3) Sermo, inquit, per totam noctem aures no-  
stras circumsonas in psalmis, hymnis cantionibusque spiritualibus  
et angustum flumen quoddam gaudii per aures in animum influens nos  
optima spe replevit. Quam varia ista cantionum genera fuerint,  
nolo hic fuse, inspergere ; sed in instituto meo presius insistens, ad-  
do tantum hymnos, qui passionis tempore ad tristitiam move-  
ndam compositi fuerant, in latiorem sonum hac nocte resolutos fu-  
isse. Pertinet huc, quod de modernis Græcis tradit Allatius : σχο-  
λάζει Ψαλτήριον ἀπὸ τῆς μεγάλης περιπολῆς μέχρι τῆς σαββάτου τῆς  
ἀντιτετασθα. 4)

1) Tom. XIII. Concil. edit. Reg. p. 76. 2) de Hierarch. Eccles. cap. III. Sett.  
III. §. 4. 3) Orat. IV. de Paschate p. 169. 4) Dissert. de libris Ecclesiasticis Gra-  
cis p. 53.

§. V. Divinorum porro oraculorum auctoritatem eo sem-  
per loco habuit Ecclesia ab Apostolorum uberibus adhuc recens, ut  
eorum lectionem præcipuam publici cultus partem semper existi-  
maverit. Inde quoque aliquam nostri pervigilii moram in ea-  
dem fuisse tractam, conjectura haud infirma colligeretur. Con-  
stat tamen illud ex testimoniiis adhuc firmioribus, quorum primum  
ex auctore, qui Clementis nomen perperam præfert, depromo. Hic  
enim non tantum generatim hanc solennitatem præcipit : Τῷ δὲ  
εὐθύντει μέχρι ἀλεκτοροφανίας παρατείνοντες πατρονίκετε εὐθύνης

πάσης μιᾶς τῶν σαββάτων, πτις ἐστὶν κυριακὴ, ἀπὸ ἑσπέρας ἕως ἡλεκτορόφω, οἱς ἀγρυπνίαις. καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸν τῆκτην ληστὰ συναθροίζομενοι γρηγορεῖτε. Sabbato usque ad gallicinum perseverantes jejunante, illucescente una Sabbatorum, quae est Dominica, a vespera usque ad gallicinum pernoctantes & in Ecclesia congregati vigilate 1) Sed & in ea constitutione, quæ de magni Sabbati pernoctatione & de die resurrectionis agit, ipse hujus festæ noctis solennia his ordinat : Orate & rogat Deum, legentes in vestra pernoctatione legem & psalmos, baptizatisque catechumenis vestris & lecto Evangelio, in timore & tremore luctum definite. Evidem hodie inter omnes constat, constitutiones illas, ut vocantur, apostolicas falso nomen Clementis mentiri, ne ipsis quidem Ecclesia Romanae patronis, si Turrianum, Bovium & paucos alias excipias, id diffidentibus. Ipse namque Bellarminus 2) nullum eas in Ecclesia latina nomen habere, dicit, easdemque ut adulterinas explodunt Dionysius Petavius 3) & Petrus Halloixius 4) Viri his in studiis summi arbitri. Perhibent tamen nostris vigiliis haud contempnendum, primæ antiquitatis testimonium. Quamvis enim non nesciam, ab Hermanno Conringio 5) earum natales ad quintum, a Jacobo Ussorio 6) ad sextum denum Seculum referri ; pace tamen tantorum nominum dixerim, evidentes rationes prostat, eas vel rurente Seculo tertio, quod David Blondellus 7) olim adstruxit, vel sub quarti initiis confectas fuisse. Non iidem tamen mores ubique obtinebant; sed, uti in plerisque ceremoniis introducendis factum fuisse, deprehenditur, per plurima loca sensim imitatione aliorum serpebant. Sic Gregorius Nyssenus 8) in sua Ecclesia Evangeliilectionem, quod Servatoris nostri resurrectionem complectitur, introduxit, videturque etiam primus ad populum hac nocte verba fecisse & dubia, quæ ex lecto Evangelio de Evangelistarum concordia suborta Auditoribus fuerant, diluisse, ut ipse fatetur.

1) lib. V. c. 19. 2) de Scriptor. Ecclesiastic. p. 39. 3) lib. II. de doctrina temp. ap. LVII. 4) in not. ad vitam Polycarp. c. VI. 5) in animadu. de purgatorio n. XXXII. 6) In annot. ad Ignatii epist. cap. VII. sequ. 7) in apolog. de Episcop. Pres.

¶ Presbyt. Selb. III. p. 231. conf. & Caspar. Zieglerum in differt. de Juris Canon. origine §. XVII. ubi diversas sententias de iisdem recenset. 8) Orat. in resurrect. Christi Tom. III. p. 400.

§. VI. Maxime autem has pernoctationes in templis accensi col-  
lustrabant cerei Lampadesque mobilibus pendentes funibus, pro-  
temporum Ecclesiarum Christianorumque conditione & statu vel  
plures vel pauciores. In cuius rei testem demuo Presulum Nyssenum  
produco, qui magnificentiam vespertinæ hujus concionis eleganter  
deprædicat: *Hæc lucida nox, inquit, commixta lampadum luminibus*  
*cum matutinis radiis solis unum continuum nullarum interpositione*  
*tenebrarum diremum diem effecit. 1)* Et Nazianzenus consentit:  
Præclara nobis fuit besterna splendoris lumen solennitas, quam  
privatum juxta publiceque peregrinus, omne genus hominum ferme  
atque omnes magistratu & dignitate insignes copioso igne noctem  
collibrantes. 2) Imprimis vero Prudentius singulari venustate ea  
de re canit:

*Pendent mobilibus lumina funibus,*  
*Que subnixa micant per laquearia*  
*Et de Lanquidolis fota natalibus*  
*Lucem perspicuo flamma jacit vitro.*  
*Credas Stelligeram desuper aream*  
*Ornatam geminis flare tironibus,*  
*Et qua bosforeum temo regit jugum,*  
*Passim purpureos spargier Hesperos. 3)*

Hæc vero nox splendore tanto nobilitata superstitioni materiam  
subministrasse deprehenditur. Non enim abs re Chemnitius 4)  
atque Hildebrandus 5) præclari antiquitatum scrutatores censem  
inde Theatram illam cerei paschalis consecrationem, quam Ro-  
mana Ecclesia quot annis in hujus festi vigilia peragit, originem tra-  
xisse, quam deinceps majori ceremoniarum apparatu sequentium  
seculorum ruditas atq; amentia ad auxit. Gresiferus adhuc altius hu-  
jus cerei natales repetit, atq; ad vigilias Christianorum primis jam  
seculis noctu congregatorum refert. 6) Sed quamvis illos in tenebris  
absq; luminibus versatos suisse, heud sit vero simile; nihil tamen illi  
publice

publice privatimque incensi cerei commune habent cum illis,  
quos superstitiosa fœdavit consecratio. *Gretserus* quidem cum  
*Baronio* 7.) *Prudentii* verba, quæ modo adduxi, in eum sensum ra-  
pit, ac si cereum istum consecratum celebrarent, suspicio tamen  
ruinoso inadiscata fundamento facile corruit. Quod enim titu-  
lum urgeat hymni, qui est ad incensum cerei Paschalis, in eo exi-  
guum cause sue præsidium reperit, cum aliena manus hunc allever-  
it, sicut etiam *Weitzius* o. c. Manuscriptorum autoritate motus e-  
undem prorsus expunxit. Quapropter *Jacobo Sirmendo*, *Nicolao*  
*Heinso* 9) & *venerabil. Abbatii Schmidio* 10) cantilena quotidie can-  
tari solita videtur; cui sententia & ipsa libri inscriptio & hymnorum  
ordo & dicendi ratio *Prudentio* frequentata plane faver. In to-  
ta tamen hac controversia duæ quæstiones rite secernantur, oportet  
1.) an cerei in feriata hac Paschatis nocte luxerint 2.) an iti ritu  
isto theatrico, quo hodie fieri solet, sint consecrati. Prius, ut  
puto, loca in fronte hujus §. aperte satis loquuntur, posterius  
vero vel ex ipsis Pontificiorum testimonias refelli haud difficulter  
potest. *Polydorus* enim *Virgilius* 11) & *Johannes Cabassutius* 12)  
hujus instituti auctorem dicunt *Zosimum*, qui anno CCCCXIX.  
Romanam Cathedram ornavit, quod sine dubio ex *Alcuino*, *A-  
malario*, *Rabano Mauro* reliquisque officiorum divinorum scri-  
ptoribus idem affirmantibus mutuati sunt. Negat tamen rem,  
non sine veritatis suffragio *Johannes Molanus* 13) *Vir antiqua-  
tum calentissimus*, & ipse *Baronius* 14) & *Gretserus* existimant,  
non instituisse *Zosimum* hunc ritum, sed Ecclesiis parochialibus  
consecrandi potestatem fecisse, cum tantum antea in majoribus  
tempis accenderetur, quod adhuc longius a veritate recedit.  
Quæ ab *Hieronymi* atque *Augustini* auctoritate petuntur malæ  
causæ fulcra, nutant prorsus atque ruinam minantur. *Illi* enim  
ad Præsidium de cereo paschali epistola 15) ad fallaciam quidem  
egregie composta est, cum auctor nec in eruditus nec infans stylum  
sancti Viri amulatus sit, sententias quasdam ac verba ex aliis  
eius epistolis sublegendō; *Erasmus* tamen laryam eidem detraxit,  
atque

atque de *vo<sup>te</sup>is* nos monuit. *Hujus vero benedictionem cerer<sup>e</sup>*  
*exhibit Missale Gothicum vetus is sinum* 16) *quam Diaconus adhuc*  
*edidisse dicitur, Johannesque Mabillonius* 17) *observavit, in codici*  
*bis antiquissimis eandem benedictionem Hipponensium Pr<sup>es</sup>sul<sup>r</sup>*  
*vendicari. Sed ex Posidonio vita Augustiniana scriptore obser*  
*vat Schmiedius, Augustinum nunquam Diaconi munere functum*  
*esse, cum statim, resistens licet atque lachrymans, in Presbyterum*  
*sit electus. De Loco vero, quem Monachus doctissimus ex ipso*  
*Augustini lib. XV. de Civitat. Dei cap. XXXII. ut sententia sua robur*  
*conciliat, allegat, ipse viderit, cum liber ultra XXVII. caput in no*  
*stris editionibus non porrigitur. Ex quibus sic disputatis non*  
*immerito concludo, cerei consecrationem Prudentii ævo ignorata*  
*fuisse. Postquam vero semel fuit recepta, ad nostra usque*  
*tempora non interrupta serie transiit, hodieque adhuc retinetur.*  
*Plura hic de ipso consecrationis modo non attingo, cum illa & pro*  
*lixiora sint, & a Summe Reverendo Schmiedio in elegantissimo Pro*  
*grammate fuse sint exposita, ad quod Benevolus Lector interim se*  
*ablegari patiatur.* 18)

1) *Orat. Pasch. IV. p. 400.* 2) *Orat. 42. que est secunda in Pascha p. 676.*  
 3) *hymnus ad incensum lucerne v. 141.* 4) *in Exam. Conc. Trident. part. 4. p.*  
*m. 152.* 5) *de sacris publ. tit. de vigiliis.* 6) *lib. i. de festis cap. 25. p. 10.* in  
*programmate anno 1698. Holmstadii edito.* 11) *lib. VI. de Rer. Invent. c. VII.*  
 12) *in Notit. Ecclesiast. fol. 282* 13) *in notis ad Uuardi Mariyrol. p. 183.* 14) *a*  
*Ch. 480.* 15) *Tom. III. opp. fol. 536.* 16) *Tom. VI. Biblioth. Patrum p. 284. sq.*  
 17) *lib. II. Liturgia Gallican. fol. 142.* 18) *totum quoque officium Job. Mabillon.*  
*Lib. ii. L. G. recens & fol. 151.*

§. VII. Neque est, cur miremur Christianorum in hac no  
 cte colenda constantiam atque concordiam. Plurimi enim illa  
 in memoriam revocabat, quod in ea Christianorum sacris initiat<sup>i</sup>  
 novique Ecclesia filii Christo nomen dederint, siquidem hac  
 baptismo catechumenis administrando olim sacra fuit. Imo Jo  
 sephus Vice Comes Vir doctissimus & multigene lectionis scriptor non  
 alio anni tempore, nisi in Pentecostes & Paschatos solennioribus  
 vigiliis olim baptismo Christianos esse tintos, magna fiducia asse  
 verat

verat 1) Quamvis vero ea in re eruditorum 2) calculos non ferat, quod alios paschalis hebdomadis dies prorsus excludat; illud tamen mihi evicisse videtur, sub Sabbati magni vesperam potissimum atque, ut ajunt, ordinarie sacram fontem Christianæ religio-  
 nis Candidatis patuisse. Loquuntur illud testimonia omni exce-  
 ptione majora, quorum primum Paschafinus 3) Episcopus in epi-  
 stola ad Leonem perscripta his verbis tradit. *Quædam vilissima*  
*possessio Melitas appellata in montibus arduis atque sylvis densissi-  
 mis constituta illucque perparva atque vili opere constructa est Ec-  
 clesia, in cuius baptisterio nocte Sacrosancta Paschali, baptizandi hora,  
 cum nullus canalis nulla fistula sit, nec aqua omnino vicina, fons ex se  
 repletur, paucisque, qui fuerint, consecratis, cum deductoriū nullum  
 habeat, ut aqua venerat, ex se descendit. Et paucis interjectis:  
 ut breviter, inquit, enarrerem, illa nocte, qua lucecebat in diem domi-  
 nicum, fons sacer hora competenti repletus est. His similia in vita*  
*Chrysostomi tradit Palladius 4) adversus hæreticorum tumultus*  
*ita conquestus: Iohannis Presbyteri, quibus Dei timor aderat, in pu-  
 blico lavacro, quod Constantiū appellatur coactis populis, vigiliis im-  
 choarunt, partim divina eloquia legentes, partim eos, qui instructi e-  
 rant in fide, baptizantes, ut moris est in Pascha. Paulinus itidem Nola-  
 nus 5) in vita S. Ambrosii auctor est, multos pueros in Paschatos no-  
 te baptizatos cœlestes viri integerrimi exuvias vidisse. Ad Eccle-  
 siam, inquit, maiorem antelucanam horam, qua defunctus est, corpus*  
*ejus portatum est, ibique fuit eadem nocte, qua vigilavimus in Pascha,*  
*quem plurimi infantes baptizati, cum a fonte venerant, viderunt. Et*  
*Baronius 6) enarrat exemplum pueri, qui in ipso sacro Paschato*  
*pervigilio, cum undique multitudine premeretur, ex susceptoris*  
*manibus ad fontis ima fuerit delatus. Præterea in vita S. Genafe-  
 ve virginis, quam Laurentius Surius 7) Sanctorum actis inseruit*  
*de puerō sancta hujus precibus ad vitam revocato additur, quod*  
*in paschatis vigilia baptismatis undis fuerit expiandus. Inde etiam*  
*est, quod Neophytes ita Augustinus 8) compellit: quid est, quod*  
*hic nocte circa vos actum est, quod præteritis noctibus actum non sit.*  
*Nec*

Nec posterioribus seculis ea in re aliquid fuisse innovatum, vel ex solis divinorum officiorum scriptoribus haud obscurum esse potest. Rabanus Maurus 9) dies Pascha secutas albas vocitans, denominationis rationem inde petat, quia in S. nocte baptizati albis per integrum hebdon adam uiuntur uestibus, & Rupertus Abbas Tuitiensis 10) Seculi undecimi scriptor ita exclamat. *Quis dies hac nocte insignior, qua alia nostra est Neomenia, nisi illa, qua hac nocte in Christum per baptismum renascitur nova Ecclesia?* Et alibi: *Nox illa sacratissima incumbit, qua Christus libertatis auctor resurrexit, in qua jam, ut dictum est, prima resurrectione resurgunt, qui baptizantur novi Ecclesie filii.* Sed haec quidem multis dubia atque cum aliis, qui ipsum feriatum Paschatos atque Pentecostes diem iusticum veteribus fuisse tradunt, adverso pugnantia fronte videbuntur. Quibus ut satisfaciam, observo, illis temporibus, quibus ad Paschatos atque Pentecostes solennia baptizandi consuetudorestricta erat, horam Sabbati M. nonam, vel, ut modernis diem metiendi rationibus accommodatus loquar, tertiam pomeridianam initiationis Sacramento fuisse maxime destinatam, uti ex *Gregorio M. Paulino, Scriptore gestorum S. Remigii* aliisque *supra laudatus Vice-Comes* comprobatur, cui illud tantum addo, in *Cyrilli Hierosol. Cathech. Mystagog. primar reliquias vergentis ad finem Sabbati partes ep̄ap̄ r̄e βαπτίων* 11), explicate nominari, 11) Sed cum in maximum numerum Baptismi Candidati excrescerent, ea imprimis aetate, qua a Pentecostes solennitate ad Pascha usque nati una tingi solebant, factum est, ut non tantum ad intempestam adultamque noctem sacra haec protraherentur, sed & ad succedentes ordine dies differrentur, quae conciliationis via cur quibusdam displiceat, non video.

1) Lib. I. de antiquis baptismis ritibus cap. 'XXII, & XXIII, seqv. 2) conf. Gerhardus Job. *Vossius de Baptismo* Tom. I. opp. Theolog. fol. 515. 3) Tom. I. concil. general. fol. 516. 4) *in vita Chrysost. Opp. prefixa, confit simul de eo* Praelat. M. Vollandi differi. *de Chrysost. vita scriptor. Witteberg. praterito anno habitam, 5) prefixa est Opper. Ambrosii fol. 25. 6) ad annum Christi 383.*

7) Tom. III. n. fallor, 8) lib. II. de Symbol. ad Catech. c. i. g. lib. II. de instit.  
Cleric. c. 39. 10) lib. VI. de divinis officiis. cap. 24. 11) hoc alleg.

§. VIII. Ad sanctissimas corporis Christi atque sanguinis e-  
pulas, quas ipse Servator a primæ institutionis tempore tò dñmrov  
vocat, olim noctu quandoque conventum fuisse, rite Isaac Casau-  
bonus 1) notavit, in eo forte benigniori interpretatione emollien-  
dus, quod inter hunc ritum ethnicamque arcani disciplinam *av-  
λογίαν* duriuscule sectetur. Idem dicit *doctissimus Albastineus*,  
2) ejusque rei rationem reddit, quod primis seculis Jejunii tempo-  
re lato hoc convivio pasci interdicerentur, ad illud non prius nisi  
sub diei vesperam, jejunio soluto, admissi. Inde etiam mysterii hu-  
jus dispensationem non a nostris feriis absfuisse, firmiter colligo.  
*Augustinus* certe illud non obscure significat, Catechumenos sic al-  
locutus: *Sacramentorum rationem sive transacte noctis sive presen-  
tis sancti. Symboli exponendam sanctitati vestra suscipimus.* 3)  
Scilicet Neophyti, initiatione peracta, quæ ad proiectam usque  
noctem durabat, tum primum *euχαριστίας* distributioni intereant,  
atque ejusdem participes reddebantur. Sed an præterea alii ad  
sacram synaxin hac nocte accesserint, idque ante absolutam baptis-  
mi collationem, in controversiam trahitur. Scripscrat S. Chryso-  
florus, aliquando circa hujus sabbati magni vesperam milites inva-  
sisse sanctuarium, & quæ in eo consecrata stabant, perspexisse. Ne-  
que hic rerum finis erat, pergit, Nam & locum, in quo sancta seorsim  
babebantur, ingressi sunt milites, quorum aliquos scimus nullis initi-  
atos fuisse mysteriis, & viderunt omnia, quæ intus erant & sanctissi-  
mus Christi sanguis in militum uestes effusus est. 4) Robertus Bellar-  
minus 5) inde concludit, Christi sanguinem illum non eo tempo-  
re consecratum, sed alio aliquo, ante hunc, die pre-sanctificatum es-  
se, cum illa nocte alii Christiani vel plane non vel saltem non ante  
Catechumenorum baptismum sacro epulo sint usi. His reponit  
*Johannes Faes* 6) duas synaxes esse celebratas, alteram sub ipsis  
noctis hujus auspiciis ab omnibus fidelibus alteram, nocte jam in-  
tempesta atque adulta, cui tantum in Christianorum censum re-  
center

center adscripti fuissent admoti. Non inconcinna hæc est Chrysostomi expositio; interim, ut ingenue fatear, non levi difficultate premitur. Magno nimurum Sabbato non ante noctem dimidiatam in plerisque Ecclesiis ἀπονυξίζειν solebant Christiani; Si igitur inconcussum perstat illud, quod integra, & quantum judicare possum, solida observatione adstruxit Albasineus, 7) durante jejunio, eos sacris mysteriis non usus esse, hæc viri docti conjectura corruit. Sed ei rei ulterius excutienda non immorari amplius licet.

a) Exercit. in Bar. XVI. p. 451. & p. 490. 2) Observat. sac. lib. i. p. 61. & 78.  
3) de Symb. ad Catechum. lib. II. 4) in Epistol. ad Innocent. Tom. IV. fol. 596.  
lib. VI. de Eucharistia cap. IV. 6) in lib. III. de Hebdom. M. p. 538. 7) loc. alleg.

S. IX. Tandem maxima festa hujus noctis pars summo abstinentiae rigore legitur transacta. Ipsa conciliorum auctoritate sanctum fuit, disciplinam intensiore diuturniori, ac alias solebant, jejunio efficere. Sic enim Partes in Trullo conscripti: 1)  
Τὰς τὸ σωτήριος πάθεις ἡμέρας ἐν νυκτὶ καὶ προσευχῇ. καὶ κατανύξει  
καρδιας ἐπιτελέντας χρὴ τὰς πάθεις περὶ μέσας τῆς περὶ τὸ μέγα  
ταῦταν νυκτὸς ὥρας ἀπονυξίζεσθαι (non ἀπονυξάζεσθαι, ut vulga-  
ris lectio habet) Perperam hæc vulgo ita vertunt: Dies salutiferæ  
passionis jejunio & oratione & cordis compunctione peragentes  
fideles usque ad medium magni Sabbati noctem jejunara, oportet.  
Sed annotavit jam Vir doctissimus Stephanus le Moyne 2) ἀπονυξί-  
ζειν in locum ἀπονυξάζειν surrogandum atque de jejunii solutione  
interpretandum esse. Confirmat egregie & eruditam hanc expo-  
sitionem & ipsum jejunandi morem Aribinus Canonem hunc i-  
ta in compendio exhibens: Τῷ μεγίστῳ ταῦτα περὶ μέσας  
ὥρας νυκτὸς τῇ νυκτὶ διαρκέτῳ, quæ verba, explosa vulgari versio-  
ne, ita ingeniōse reddidit Le Moyne: Media nocte sufficit jejunio,  
(nec opus est longiori ὑποθέσει.) Scilicet aliis jejunii diebus ipsa  
nocte ingruente & ἀνατέλλοντος τῷ ἡρῷ circa vesperuginis or-  
tum illud abrumpebatur. Sabbato vero Magno qui ante no-  
ctis dimidium hoc solvebant ὡς ὀλιγώροι καὶ ἀκρατεῖς, ut con-  
temtores & intemperantes reprehendebantur. Sic cum Basili-

des literis ad Dionysium, Episcopum Alexandrinum scriptis de tempore ἀπονησισμάτι, καθ' οὐ ἡμέραν ἀπονησίσεο θεοῦ θεῖ τὴν τὸ πάσχειν ἡμέραν interrogasset; ille in responsione significat, non iisdem spatiis apud omnes jejunii tempus includi, aliis sub vesperam, aliis ad medium noctem, aliis ad ἀλέκτορας ηλάσσουν, aliis tandem ad ἐπί Φώτικαν κυριακὴν illud terminantibus. Idem in Eusebii Homilia aperte traditur: Εἰ γὰρ μὴ τέτοιο ἦν, ἔδει ἡμᾶς τὴν ἡμέραν τῆς σαββάτου μετὰ ἡλίου δυσκαλεῖσθαι εὐθέως ἐπικέρας γενουμένης αἱ πονησίσεο θεοῖς. Άλλον ὅχι ἔτοις η συνήθεια εἰν τῇ εκκλησίᾳ τῆς χριστῆς γενράτηνεν. Άλλον η νυκτὸς ἐπιλαβόμενος η ἀντῶ μεσονυκτία η περὶ ἀλεκτόρων θεῶν. Hæc si probe perpendantur, Josephi Scaliger sententiam haud parum infirmabunt, qui in suis ad Hippolyti Laterculum animadversionibus ἀπονησισμῷ de jejunii translatione [de Sabbato ad Sabbatum] acceperat.

1) Canon. 89. 2) in variis Sacris p. 939. 3) in hom. in Job. cap. 20. 4) de doctrina temporum fol. 370-

§. X. Et hæc fere sunt illæ partes, quibus pervigilii nostri solennitas absolvebatur, si cultum divinum attendamus. In coronidis vicem indulgentiam illam subjungo, quam Christiani Imperatores, pro sua singulari in hoc festum reverentia carcerum incolis impertire solebant. Non nego, ipso die Servatoris resurrectioni sacro, omnibusque magnæ hebdomadis feriis eam fuisse exercitam; interim non contempnenda rationes suppetunt, feriatam hanc noctem vel maxime ista gratia fuisse insignem. Cbrisostomus enim postquam seculi sui morem his verbis recensuerat: βασιλεῖα κατατέμωσται γράμματα λεγούσα τὸν δὲ δέσμοτήρων ἐκούντας ἀφίειν τὸν δέσμων. Imperatoria literæ dimitiuntur, quibus dicitur, ut vincit catenis exsolvantur, rationem ex quorundam sententia de Christi ad inferos descensu subjungit, quem hac nocte evenisse, istorum seculorum ferebat persvaluo. Deinceps quando Julianus præcepit: 2) Nemo deinceps tardiores forte affatus nostra perennitatis expectet sed exequuntur judices, quod indulgere conservimus, ubi primus dies paschalis extiterit nullum teneat carcer impeditum,

inclusum, omnium vincula dissolvantur ista nox nostra aperte includatur. Sive enim ex jure Canonico rem aestimemus, a vigiliis & vespera praecedente primus ille paschalis dies incipiet, sive ex Romanorum moribus diei hujus initia computemus, amedia nocte praecedentis diei ista feria inchoabitur. Immo, si morem hunc a Judaeis velimus derivare, quibus evi<sup>n</sup>deis erat, sicutem aliquem in festi hujus solennibus dimittere, hac imprimis nocte fieri illud deberet. Nam Judaei illud in memoriam liberationis Aegyptiacae, qua noctu facta est, servabant, non tamen etiam potissimum e vinculis captivos dimittebant, quamvis alii ad Romanorum lectiones 3) ali ad Græcorum obseruantiam 4) in hujus consuetudinis origine investiganda respiciant. Ipsum vero morem fuisse ut persequebar, imperata brevitas ratio prohibet & ab aliis illud jam dudum erudite prestitum fuit. 5)

1) in Homil. de Hebdom. Magn. 2) leg. III. de Episcopali audiencia. 3) Grossius ad Matth. 27. 4) conf. Heinric. Mull. Jesum patientem p. 184. 5) conf. Wildvogelii Antecessoris Jenensis. Difserit. de eo quod justam est circa Pascha & B. Iuligii JC. difserit. de indulgentia Paschali 1700. hic Lipsie habitam.

S. X. Experiens itaque magnæ hujus vigilæ ritibus, reliquum est, ut de rationibus dispiciam, quibus moti hanc alii solenniorem voluerint veteres. Cæcum illud superstitioni datum fuisse, non suspicari permittit simplex ille candor in priscis sacris olim conspicuus. Neque tamen dixerim, omnem illis labem prorsus absuisse, ut ex dicendis patebit. Concinne nobis Laetantius optimæ fidei testis omnia rem prodit his verbis: *hujus noctis duplex ratio, quod ea & vitam tum recepit, cum passus est, & postea orbis terra regnum recepturus est.* 1) Pervulgata erat apud Patres sententia, Christum media nocte surrexisse. Affirmat illud Ambrosius, 2) Samsonis historiam, hoc accommodans, qui media nocte surgens urbis portas ex cardinibus suis revulsas in montem detulit. Idem sentiebat Athanasius 3) Gregorius Nyssenus 4) aliquique quamplurimi. Orta vero est opinio ex nimio, ut videatur, allegoriarum studio, atque Evangelistarum narrationi parrum

convenit. 5) Hinc vetustiores Patres die dominico sub ipsam auctoram vel paulo ante, profundo adhuc diluculo factam fuisse, resurrectionem, affirmant. Sic Cyprianus 6) ait; *Et mane orandum est, ut surrexatio Christi matutina oratione celebretur, quem credimus ante auroram resurrexisse.* Et in Ignatii Epistola ad Trullanos 7) ἐπιΦωτούστης κυριακῆς ἀνέση εἰς τὸν νεκρῶν. Ilucentia Dominica resurrexit ex mortuis. Interim evenit, ut hoc errore imbuti non tantum nocti singularem sanctitatis opinionem conciliarent, sed & novitos Ecclesiarum filios in ea Christianis ritibus initianter, ut inter Christum resurgentem atque eos ex sacris undis, quibus quasi sepeliebantur, emergentes eo illustrior atque testatio-  
or esset comparatio.

8) Lib. VII. cap. 19. p. 711. 2) in cap. 24. Lut. 3) de virginitate. 4) Orat. II. de resurrect. p. 400. 5) vid. Gerb. Harmon. p. 2094. 8) de orat. Domiu. sub finem p. 165.

§. XI. Præterea vero alia eaque ad movendum longe effi-  
cior opinio priscorum Christianorum animos occupaverat,  
qua hoc per vigiliū non tantum commendavit sed & tanto ritu-  
um apparatu ornavit. Putabant nimis, hanc esse noctem,,  
quam Servator secundo suo de hostibus triumphatui sit destinatus,  
prout prima paschatos nocte impuros spiritus ipsamque  
mortem piorum ludibrio exposuerat. Ex Epistola enim ad Thes-  
salonicenses primo perscripta, qua inter Paulinas coeteras antiqui-  
tate antecellit, fama coepit disseminari, ac si Christi ad judicium re-  
ditus haud procul abeflet. Hæc judicio doctissimi Milli sunt in  
Paulinis scriptis illa δυσόντα, qua levia quædam ingenia in sen-  
sum perversum cum proprio animæ detrimento detorserant. Si-  
cut enim semper fieri solet, quoties incautus fervor evangelii  
præcones ad accendendam pietatem propellit, ut eorum arma a  
privato spiritu suggesta in certissimam animarum perniciem gra-  
fentur; ita quoque tum temporis, cum quidam pernivaces mentes  
instanti Christi reditu confidentius ternerent, eveniebat, ut plurimi,  
re dicto lentius procedente, omnem futuri proemii dampnique ex-  
pecta

pectationem abjicerent, in *diptericis circuulis*, ajente Apostolo, ab-  
repti. Rem in herbis supprimere allorabant Apostoli, nec tamen  
impedire poterant, quo minus scribente Clemente Romano ad *Corinthis Epistolam*, nonnulli reperirentur, qui hoc ipso errore de-  
fide periclitarentur. 2) Plura in medium afferrem, nisi ab eo ope-  
ra mihi *Henricus Dobruellus* 3) vocationem fecisset, continuata  
hujus opinionis vestigia per integra tria secula recensens. Cum  
igitur constans sollicitudo de imminenti Christi judicio eos teneret  
suspensos, in eam porro ingressi sunt sententiam, non convenienti-  
us tempus Paschatos nocte ei destinari posse, cum Christi & fideli-  
um resurrectio, devictio mortis & omnimoda abolitio iisdem horis  
fieri debere ipsis videretur. Hinc *Hieronymus* 4) ut seculi sui morem  
illud enarrat: *Traditio Iudaorum est, Christum media nocte ventu-  
rum; unde reor, & traditionem apostolica am permanentissime, ut in die vi-  
gilarum Pasche ante noctis dimidium populos dimittere non licet,  
expectantes adventum Christi. Lactantius* 5) cum illud Sibyllæ ora-  
culum de mundi excidio recensuisset:

O<sup>μ</sup>ωσι<sup>ν</sup> ἀν ολη<sup>η</sup>

*ταρφέσαι σπότος εὐ τῷ μέτον νυκτὶ χελαίνῃ subjungit:*

*Hac est nox, que nobis propter adventum regis & Dei nostri pervaigilio  
celebratur, existimatque coelum medium intempsa & tenebrosa  
hac nocte apertum iri, ut in orbe toto lumen descendantis Dei tan-  
quam fulgor appareat. Idem plane dicit *Isidorus Hispalensis*: 6) *Pas-  
che nox, inquiens, ideo pervaigil ducitur propter adventum regis ac  
domini nostri, ut tempus resurrectionis ejus non dormientes sed vigi-  
lantes inveniat.* Hasit hec sententia firmiter, ut *Beda* 7) adhuc rei  
mentionem injiciat; quamvis ille non de resurrectionis nocte sed  
die loqvatur: Ita vero ipsius verba habent: *Votiva Pasche nostre  
festá celebramus; ut indicemus nos non cum antiquis excussum servi-  
tutis egyptiacæ jugum venerari sed redemtionem totius mundi, quæ in  
antiqui Dei poenitentiæ liberatione præfigurata, in Christi autem resurre-  
ctione completa est, devota fide atque dilectione colere, ut de resurre-  
ctione etiam nostra, quam eadem die dominica futuram credimus; spe  
nos**

*nos certissima gaudere signemus.* Radulpus Ardens hujus per-  
vasionis vestigia adhuc seculo duodecimo spargit eoque Davidis  
verba perperam trahit; *Justi in matutino dominabuntur.* 8) *sqm*

2) in Prolegom. ad N. T. p. 2. 2) p. 13. 3) in dissert. Cypriani cap. XII. p. 96.  
seqv. 4) Tom. II. opp. fol. 282. 5) lib. VII. c. XIX. 6) lib. VI. Origin. cap.  
XVI. 7) lib. V. Hisp. Eccles. Anglic. cap. XXII. 8) conf. Bockii Exposit. Evang.  
P. II. p. 285.

§. XII. Posset quidem facile cuiquam in mentem venire mirari, qua ratione Hieronymus hanc opinionem, quam traditionem apostolicam dicit, ex Judæorum traditione derivare poterit. *Quis enim sanæ mentis credat, ex inquinatis horum lacunis Sandos Viros suas tradiciones haussisse, iisque purissima Ecclesia arva irrigasse?* Ast Hieronymus sæpe traditiones apostolicas nuncupat, quæcumque saltem a majoribus sunt tradita, si deo non contraria, atque vel ab universis vel a quibusdama unius aut plurim provinciarum Christianis cum veneratione & devotione in negotio salutis observantur. Hinc nemo sibi, credo, persuadebit, quod apostoli ipsi hanc Paschatis noctem celebrandam in eaque Christi adventum expectandum instituerint. Si lent ea de re ipsorum scripta, in quibus rei momentosæ adeo notitiam nobis non invidissent. Et præterea Hieronymi stylus fert, traditionis apostolica notionem in quadam ampliatione accipere. Sic quado dicit; *Nos unam quadragesimam secundum traditionem apostolorum toto anno tempore nobis congruo, jejunamus* 1) nemo inde inferre rite valet, jejuniorum origines ad Apostolos auctores referendas esse; siquidem institutum illud longe recentius esse, norunt omnes, quoquot remota præjudiciorum nebula Veteres evolvunt. Ut nihil dicam, quod ritus Ecclesiastici, quos solum *œtaqias* studium invexit, ab ordinis Ecclesiastici honorem sæpe hoc nomen sustineant, non secus aë simila cræta dicuntur a Græcis ad majorem laudem a Jove e cælo esse missa inquit Gvilielmus Perkins. 2)

1) Epistol. Lib. IV. ad Marcell. Tom. II. fol. 46. 2) in Catholicismo ementito p. 117.

§. XIII.

§.XIII. Quod vero Hieronymus Traditionem istam Judaeis in acceptis refutat, in eo quidem non errat, cum omnino Messiam noctu venerum expectent. Provoco ad antiquissimum Targum Jeruschalmi, quod in Parasha Bo post recentitas tres memorabiles noctes ita porro subjungit:

כִּי לֹא רָאשָׁה כָּר וּשְׂלָט צַיָּח קְצֻחָה לְמַתְפָּרָקָה חַבְלֵי רְשָׁאָה יְשִׁתְעָזָן וְנוּרִי פְּרוֹלָתָם יְהִבָּרָן פְּשָׂרָד יוֹפּוּקָן גַּו מְרָבָּרָה וּמְלָכָן

משוחה טן גו רומא

In quarta nocte, quando mundus definitum tempus absolvet, ut inde liberetur, fane nequiritur rumpentur. & juga ferrea confringentur, Moses ex deserto & Rex Messias ex Roma prodibunt. Imo in R. Naphtali Emek Hammelech ipsius traditionis nomen legitur. Habemus certam kelta hebata שחרודה הנארחה בזמנ קבלה שבת שחרודה הנארחה בזמנ קבלה שבת seu doctrinam oralem, quod redemptio tempore accessionis Sabbati (b. e. die veneris sub vesperam futura sit. Interim non hoc tantum assertant Judaei generatim, sed ipsam quoque Paschaos noctem sui Messiae adventui destinante solent. Hinc R. Isaac Abarbenel ad haemensem Nisan futuram redemtionem restringit: הנאולה העתודה היהודית כרשותה וליכן אמרו זו רבנן נגרא רובננסן ליאנא כרשותה וליכן אמרו זו רבנן נגרא רובננסן ליאנא  
 Quod adducto argumento in Ir Gibborim confirmat R. Ephraim dicens: הגאולה של עתיד והבטה הרחיה באוטו פרק שורה הנארחה הרשותה דחוינו בניסן שנאמר כומיינך מאץ מצרים ארנו נפלאות Future liberatio temporalis eodem tempore erit, quo prima liberatio facta fuit nempe in mensie Maris sic ut (Mich. 7. p. 15.) dicitur: videre eos faciam miracula, sicut eo tempore, quo egrediebaris ex Egypto. Quapropter moderni adhuc Judaei precari solent: הפני באננו ושנה ותשילנה מראשון לדורותינו בראשן להרשותה illam quædicit: dormio (Ecclesiam Judaeam & libera eam ab Adinas. Orbe Christiano in primo mense anni. Imprimis vero illam seu noctem observationum, ut Mosi vocatur, in sententia sua patrocinium advocant, persuasi, quod, prout in prima hac Paschaos nocte læti & hostium spoliis onus ex Egyptorum servitute egressi sunt, ita sub Messiae manifestationem non minori cum gloria ex gentium provinciis sint convolaturi. Hinc eos in Paschaos nocte ita precari hodiendum legimus ליל שמורים קראן נורא עללה כי בו שבר מותה עבלה רועץ ורועז Now observationum abeo, qui

*satio est terribilis, ita nuncupata est. Nam in ea fractio jugorum vitula (Ægypti) conterendo conterat populum conterentem & vorasem, ut in ea iterum liberemur.* 5.) Et alia in preceatione.

לְלִשְׁמָרוֹת שָׁמֵעַ מִצְרָיִם לְנֶזֶר יְהוָה בְּשָׁמֵעַ צָר בְּחַבְפָּסָח לְיָמָן.

*Nox observationum est ad observandum clamorem Ægypti. In festo Pascha ipsi contremiscunt, quando clamor ex zor (b. e. ex Christianorum terris) audiatur. Nox observationum observatur ad vindictam definitum, ut ira a nobis avertatur.* 6.) Ex qua repatore existimo, illam opinionem, quam Judeorum credula supersticio sui Paschatos nocti primum tribuerat, tandem ad Christiani Paschatos per vigilium, crescente imprimis ejus pompa, sensim transisse ipsumque deinceps nomen apostolice traditionis induisse, uti in Hieronymo jam notavi.

1) Cap. 32, col. 2, fol. 14r. 2) In Majene Jeschua fol. 86, col. 4. 3) fol. 26, col. 1. 4) conf. part. II, Machfor prag. fol. 30, col. 2. & fol. 31, col. 1. 5) In Theoph. maj. fol. 70. 6) in eod. loc. fol. 71, col. 4.

S. XIV. Quam tristes olim tragedie Ecclesiam Dei ob celebrati paschatos diversitatem conquaerant, omnes, me non monente, recordantur. Florinus & Blastus Valentiniionarum haeresi infecti infastam huic certaminis occasionem dedit censetur Henrico Dothvello, & B. Thome Itigio, quod cum maximo Christiani nominis dedecore deinceps in funestum exaruit incendium, faces supponentes Vistoris Romani Episcopæ ambitione, quamvis Emanuel Schelstratenus ipse hanc laborem abstergere frustra satagat. Venerandus Sacrorum in vicina Hallensum urbe Fr. Iul D. Heinicius in elegantissimo opere, quo band ita pridem crudum orbem sibi devinxit, existimat, quod hanc animorum contentionem haud mediocriter auxerit opinio de Christo ad judicium hac nocte reddituro. Ingeniosa & nova haec est conjectura, quam profus negligere nolim: interim expectat adhuc aliquod ex antiquitate robur quod Vir Summe Reverendus pro vasta sua etiam in hoc studiorum genere doctrina facile conciliare poterit. Interim occasione sic ferente, dissimilare nequeo, temporis rationem me una cum constanti scriptorum silentio suspensum adhuc tenere. Fervebant maxime istæ lites seculo secundo Tertiove, sopiae vero in ipso Concilio Nicæno nullas amplius turbas dederunt. Quamvis vero ab his ipsis seculis nostris per vigilium non plane exulaverit, ut supra fuit monstratum; nescio tamen an illud ex eadem opinione, qua dein-

deinceps, illis temporibus fuerit celebratum, cum ja<sup>c</sup>tatum ab Hieronymo traditionis Apostolicae nomen illud neutquam evincat.

1) In Dissert. VI. ad frenatum p. 272. 2) in appendice ad disserr. de Hæresiarch. c. 6. p. 44. 3) in delineatione nova & veteris Ecclesie Grece Part. III. p. 167.

S. XV. Ut vero aliae feriae, quas sincera pietas ordinaverat, ex hominum vitio superstitioni vitam atque spiritum largitae sunt ; ita quoque hoc nostrum per vigilium, posterioribus imprimis seculis abusuum feracissimum, variis modis fecundatum in propriae tandem destinebat infamiam. Hieronymi 1.) jam etate ista impietas prodiit. Cum enim Vigilantius, qui nostra vigilia excepta, omnes alias detestabatur, etiam detestandæ libidinis exempla in istis admisæ produceret, reponebat Stridonensis Doctor : Error & culpa Juvenum vilissimarumque mulierum, qui per noctem sepe deprehenditur, non est religiosis hominibus imputandus, quia & in vigiliis Pasche tale quid fieri plerumque convincitur & tamen paucorum culpa non prejudicat religioni. Eadem ratione nocti huic laberi jam Prudentius 2.) afficit, qui ut eam eo magis venerabilem reddat, vel credidit, vel fixit : in ea Diabolos & damnatos suis cruciatibus solvi :

*Marceni suppliciis tartara misib*

*Exultaque sui carceris ocio*

*Umbrarum populus liber ab ignibus*

*Nec fervore solito flumina Sulphure.*

Et quis omnem superstitionis apparatum recenseat, quem theatralis Papæorum Religio histriorum more jam olim exposuit hac nocte ? quis istas preces aqua mente ferat, quando cucullati Monachi exclamant : *bujus sanctificatio noctis fugat scelerá, lavat culpas, fugat odia, parat concordiam, curvat imperia &c.* Quamvis enim olim Antifidorense concilium, *Synodusque Aquilejenis* 3) omnes vigilias proscripterent, ab oreo tamen in lucem quasi redaces eas sub cultus necessarii perfusione revocarent Pontifices, & hoc nostrum per vigilium quoque plurimis adhuc in locis agere solent. Imo nec apud nos, apud quos, papæis abusibus explosis, ad pristinam simplicitatem ritus sunt revocati, continecent plane superstitione quedam consuetudines atque ritus, quos pii verbi præcones subinde tangunt. Cui enim usui inserviunt ignes hac nocte passim accendi soliti ? de quibus Job. Reiskii 5) pecuniaris proficit tractatio. Cur nostri homines hac nocte, profundo adhuc diuclculo, equos in flumina agere solent, ut toto anno a morbis sint immunes ?

eur aquas media hac nocte quibusdam superstitionis gestulationibus hauriunt easque salutares & quovis medicato potu efficaciores existimant? Nonne haec sunt Satanæ ludibria, quibus miseris homines a Christi resurrectionis fructu, quem animabus nostris præstat, ad externas has profanas Christianisque indignas nugas anilesque fabulas propellit. Quæ Christo Luci suavisissimæ cum histenebris communio? 6.)

1.) Tom. II. fol. 54. 2.) Hymno V. usq; Ignepivis. 3.) conf. Nicol. Vedel Exercit. ad Ignat. p. 78. 4.) Backii Evang. Expos: P. II. p. 257. 5.) Disquisitio de Paschali atque Iohannis igne prodiit 1696. 6.) conf. M. Pauli Christiani Hilfeserii de superstit. Quadrages. & Pasch. tempore frequent. p. 34.


S. XVI. Atque haec pauula fuerunt, quæ pro virium modulo ea de nomine meditari licuit. *Faxit Deus ut nos has ferias non solum rite transfigamus sed & festum hoc lucis, quo in lucem lux rediit, non in Paschales tenebras tenebrarum operibus convertamus!*

Tentum,

*Ἐπίμεσα.*

1) Habemus de Deo conceptus maxime positivos contra Spinoram.

2) Mentis humanae emendatio ab intellectu ordienda est.







155675




3

R

VD 17





Q. B. V. D.  
DE

# PERVIGILIO PASCHATOS

ANASTASIMOU,

Von der  
*Oster-Sacht,*  
INCLYTO PHILOSOPHORUM SENATU  
SUFFRAGANTE,  
PRÆSIDE  
*M. MICHAEL Ehrenfried Krausen,*  
NEOST. MISN.  
IN IPSO SABBATO MAGNO  
PUBLICE DISPUTABIT  
*TOAIAS STARCKE, LAUBA-LUS.*  
PHIL. ATQUE THEOL. STUDIOSUS.  
RECUSA LIPSIÆ,  
LITERIS JOHANNIS GOTTLIEBII BAUCHI.